



Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

Angela <de Fulginio>

Parisiis, 1598

c. 32. De 3. visione & reuelatione quam habuit de Passione Domini circa
affixionem clauorum in manibus & pedibus eius & de consolatione quæ
simul ei data fuit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43716

quod iam non sum in illo statu,
in quo solebam, sed sum ducta in
summam cordis, & carnis, & mé-
ris pacem, & sum contenta de o-
mnibus.

*Trigesimum secundum capitulum. De
tertia visione & reuelatione quam
habuit de Passione Domini circa
affixionem clauorum in manibus
& pedibus eius. Et de consolatione
quaesimul ei data fuit.*

COGITABAM altera vice
de magno dolore, quem
Christus sustinuit in cruce, & co-
gitabam de illis clavis, de qui-
bus audiueram dici, quod clavi
illi de manibus & pedibus carné
portauerunt intus in ligno, &
desiderabam videre, vel saltem
illud parum de carne Christi,
quam clavi illi portauerunt in-
tus in ligno. Et tunc habui tan-
tum dolorem de illa pœna Chri-
sti, quod non potui stare in pedi-
bus. Sed inclinaui caput & sedi

& vidi Christum inclinatem
caput super brachia mea , quæ
proieceram in terra , & tunc o-
stendit mihi guttus suum & bra-
chia : statim autem prior tristitia
conuersa est in tantam lætitiam ,
& sic diuersam ab aliis lætitiis ,
quod non videbam nec sentie-
bam nisi id , tanta autē erat pul-
chritudo illius gutturis , quod est
ineffabile . Et tunc intellige-
bam illam pulchritudinem re-
sultare ex diuinitate eius : nihil
autem ostendebatur mihi , nisi id
guttur pulcherrimum & sua-
uissimum , nec scio compara-
re illam pulchritudinem alicui
rei , nec colori de mundo nisi
tantummodo claritati corporis
Christi , quam aliquando video
quando eleuatur .